Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

Tom: IV. p: 566. et apud Coletum l. c. T. XVII. Col: 979.

Eiusdem Replica.

Huic orationi Nicolaus Taborita opposuit responsum, seu replicam, quam enervare conatus est idem Aegid: Carlerius alia replica, cui in codice nostro haec praemittitur rubrica: "Cepliciunt dicta contra secundum articulum Bohemorum scilicet de punitione peccatorum publicorum (a) sequuntur replicei, ius secundi articuli ppho /?/ in responsione facta per magistrum Egidium Carlery decanum Cameracensem ad replicas articuli prefati factas per unum ex Oratoribus Bohemorum." Incipit praefatio: "Cum excreuerit ignis in immensum"; ipsa autem replica: "Cum replicas contra positionem." Publica lucis fecit Martene in veter: script: collectione T. VIII. Col: 415. Ad finem replicae additur: "Cepliciit Responsiva proposicio in sacro Basiliensi concilio ad 2dum articulum Bohemorum per venerabilem magistrum Egidium Carlery decanum Cameracensem in sacra pagina doctorem facta."

(a) Haec praecedentem concernunt orationem.

Egidius Carlerius Collegii Navarr: Parisi: Socius, et Cameracensis ecclesiae Decanus satis functus est ao 1473. Vide Opera Jo: Launoji T. IV. part: III. l. I. c. IV.

15.

Hennici Kalteisen oratio in Conc: Basiliensi de libera praedicatione verbi Dei.

219a–260a

Hennici Kalteisen oratio, qua in Concilio Basiliensi ao 1433 refutavit tertium articulum Bohemorum de libera praedicatione verbi Dei, quem proposuit per biduum Mathias presbyter orphanorum. Rubrica est: Ad tertium articulum Bohemorum de praedicacione verbi dei sequitur Responsiva pro